Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6987
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



F 8p
86

colfus dormire et aquiescere cepit Cui Salomo
ait Dormis Marcolfe et ille rndit no dormio sed
pensso Salon quid pensas Mar pensso tot pen
nas in pica esse albas quot nigras Salomon Nisi
hoc probaueris reus eris mortis Post hoc Salone
tacente Marcolfus iterato dormitare cepit Cui Sa
lomon dixit Marcolfe dormis et Marcolfus Non
dormo sed pensso et Salomon ait quid pensas
Marcolfus pensso nullam rem sub celo candidiore
die esse Salon Nudquid dies est candidior lacte
Mar est Salon probandu est Post hoc Salo
mone tacente Marcolfus dormire et sufflare cepit
Cui Salon Dormis Marcolfe Marcolfus Non
dormio sed pensso Salomon quid pensas Mar
pensso nil tute credendu mlieri Salomon et hoc
probabit Iterum Salomone tacente et vigilante
Marcolfus dormire et sufflare cepit cui ait Salon
Dormis Marcolfe Marcolfus non dormio sed
pensso Salomo quid pensas Mar pensso solo
valere naturam qm nutriturum Salon Nisi hoc
probaueris reus eris mortis Post hoc tusanta
nocte Salomo fessus vigilando collocauit se in
lecto suo Tunc Marcolfus dimisso rege festing
accurrit ad sororem suam normam suspadam et si
mulans se multum tristem dixit ad eam Rex
Salomon est mi extraneus et non possum pati
minas et injurias eius sed ego accipio cultellum
vnum sub veste mea et hoc eo nesciente infigam